



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Conciliis Generalibvs Approbatis Ac Reprobatis Breve  
Compendivm.**

**Longo, Francesco**

**Romae, 1624**

§ 11. Offendentes S. R. E. Cardd, & alios Praelatos.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10467**

mana, vel Romanus Pontifex ibi non sit. hoc n. censura considerat accessum ad Urbem. non etiam ad eius Curiam.

Incurrunt pariter, qui clam accipiunt bona ipsorum Romipetarum.

Et etiam incurunt, depredantes mortuum Romipe-  
sum. Nald. contra Vgolini-  
num. Vnde etiam Felinus  
in capitulo a nobis. 2. de-  
sent. excom. tenet, percusso-  
rem Clerici mortui, affici-  
pna excommunicationis, la-  
ta in Can. si quis suadente.

¶ 7. q. 4.

S. II.

Offendentes S. R. E. Cardd,  
& alios Prælatos.

Item excommunicamus, &  
anathematizamus omnes in-  
terficientes, mutilantes, vul-  
neran.

nerantes, percutientes, capientes, carcerantes, detinentes, vel hostiliter insequentes S. R. E. Cardinales, Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Sedisq; Apostolicæ Legatos, vel Nuncios, aut eos à suis diœcesibus, territorijs, terris, seu dominijs ejicientes. Necnon ea mandantes, vel pra ta habentes, seu præstantes in eis auxilium, consilium, vel fauorem.

Hostiliter insequētes. Per quæ verba; punitur sola insecurio hostilis, et iam non secuto opere alicuius offenditio corporalis: quamuis non satis essent verba injuriosa.

Episcopus. intellige, consecratus, non electus solum, qui simpliciter non dicitur Episcopus.

E suis locis ejicientes: in collige

tellige loca, tam dignitatum  
Ecclesiarum, puta in quibus  
Legationem habent, aut do-  
minium; quam etiam ab il-  
lis, in quibus nati sunt, aut  
domicilium habent. Suar.  
contra Vgob.

§. 12.

Ad Rom. Curiam pro nego-  
tijs suis recurrentes per se  
vel per alios lædentes.

Item excommunicamus, &  
anathematizamus omnes il-  
los, qui per se, vel per alios,  
personas Ecclesiasticas quas-  
cunque, vel seculares ad Ro-  
manam Curiam super eorum  
causis, & negotijs recurren-  
tes, ac illa in eadem Curia  
prosequentes, aut procuran-  
tes, negotiorumq; gestores, ad  
uocatos, procuratores, & agé-  
tes, seu etiam Auditores, vel  
Judices super dictis causis,  
vel